

magna difficultate inter tot menses dividi posset, ad athomos^l me con-
 60 verti, quibus tandem opitulanti^{bus} quod diu quaesiveram inveni. Denique
 VII dies et VI horae habent momenta $\overline{\text{VIDCCCCCLX}}$. Haec si per CCXXXV
 menses divideris, unicuique XXVIII^{m} momenta contingent, et CXLV
 remanent. Quae continent athomos $\overline{\text{LXXXIDCCCLXXX}}$, quia singula mo-
 65 menta DLXIII athomos accipiunt⁹. Has item athomos suprascriptis <men-
 sibusⁿ> distribuens, unumquemque CCCXLVIII perspicies accipere et nihil
 omnino remanere. Sicque ut reor absque omni dubietate lunaris mensis
 XXVIII dies, horas XII, momenta XXVIII , athomos CCCXLVIII di-
 noscitur habere.

His ita inventis, nondum satisfacto quaerendi desiderio, caepi rursum
 70 vestigare, quantam ad supplendos XXX embolismorum dies morulam lu-
 naris mensis supra XXX dies acciperet, et quod domno Bedae presbytero
 magnae difficultatis visum est, quantam ad incrementum bissextile desti-
 naret¹⁰, non^o quod me tanto doctore in aliqua mentis sagacitate^p praeferre
 vel aequiperare temptarem, sed ne ociositate animae inimica occupatus ali-
 75 quo torperem¹¹.

Quod hoc modo facillime ut puto a studiosis poterit comprehendere.
 Luna ut superius dixi, si nihil ultra XXVIII semis dies in singulis mensi-
 bus reciperet, in CCXXXV non nisi $\overline{\text{VIDCCCCXXXII}}$ dies et XII horas
 80 contineret. Sed cyclus decennovenalis sine bissextis II diebus et XII horis
 protractor $\overline{\text{VIDCCCCXXXV}}$ dies debet accipere. Et idcirco^q ipsi II semis
 dies, qui $\overline{\text{IICCCC}}^{\text{r}}$ continent momenta, per omnes menses sunt dividendi,
 ut quanta cuique particula contingat possit inveniri. Ergo ex $\overline{\text{IICCCC}}^{\text{r}}$
 momentis singulis mensibus X contingent, et L remanent. Quae conti-
 nent athomos $\overline{\text{XXVIIICC}}$. De quibus item singulis mensibus CXX eveni-
 85 unt, quae centesimam^s octogesimam^s octavam^s partem horae faciunt.
 Unde manifestum est singulis X momenta et CXX athomos ad embolis-
 morum supplementum accedere. Porro III bissextiles dies dodransque
 diei habent momenta $\overline{\text{IIIDLX}}$. De quibus singuli lunae menses XVIII
 accipiunt, et XCV remanebunt, id est athomi $\overline{\text{LIIDLXXX}}$. Quibus ite-
 90 rum per CCXXXV menses divisus, unusquisque CCXXVIII accipit. Sicque

l) verbessert aus athamos Hs. m) XVIII Hs. n) von mir hinzugefügt.
 o) folgt radiertes quod Hs. p) folgt radiertes aliqua Hs. q) iccirco Hs.
 r) DCCCC Hs. s) CLXXXVIII Hs.

9) Hraban, De computo c. 13, CC cont. med. 44, 219.

10) Beda, De temporum ratione c. 39–40, CC 123 B, 401–407.

11) Benedicti regula c. 48,1, CSEL 75, 125.